Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Prolog

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

in facie tua. & ostendam gentibus nu-
ditatem tuam. & regnis ignominiam tuam.
Et proiciam super te abhominationes &
contumeliis te afficiam. & ponam te in
exemplum. Et erit omnis qui viderit
te resiliet a te & dicet. Vastata est ni-
nive. Quis commovebit super te caput.
Unde queram consolatorem tibi. Nu-
quid melior es alexandria populorum que
habitat in fluminibus. Aqua in circui-
tu eius cuius divitie mare. aque muri
eius. Ethyopia fortitudo eius & egyptus
& non est finis. Affrica & libies fuerunt
in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmi-
grationem ducta est in captivitatem. Par-
vuli eius elisi sunt in capite omnium
viarum. & super inclitos eius miserunt
sortem. & omnes optimates eius con-
fixi sunt in compedibus. Et tu ergo ineb-
riaberis & eris despecta. & tu queres
auxilium ab inimico. Omnes muniti-
ones tue. sicut ficus cum grossis suis.
que si concusse fuerint cadent in
os comedentis. Ecce populus tuus.
mulieres in medio tui. Inimicis tuis
ad apertionem pandentur porte terre tue.
Devorabit ignis vectes tuos. aquam
propter obsidionem hauri tibi. Extrue
munitiones tuas. intra in lutum
& calca subiens tene laterem. Ibi
comedet te ignis. peribis gladio. de-
vorabit te ut bruchus. Congregare
ut bruchus. multiplicare ut locusta.
Plures fecisti negociationes tuas.
quam stelle sunt celi. Bruchus expansus
est & avolavit. Custodes tui quasi
locuste. & parvuli tui quasi locuste
locustarum. que consident in sepibus
in die frigoris. Sol ortus est & avo-
laverunt. & non est cognitus locus earum
ubi fuerint. Dormitaverunt pasto-
res tui rex assur. sepelientur princi-
pes tui. Latitavit populus tuus in
montibus. & non est qui congreget.
Non est obscura contricio tua.
pessima est plaga tua. Omnes qui
audierunt auditionem tuam compres-
serunt manum super te. quia super quem
non transiit malicia tua semper. Inci-
pit prologus in abacuc prophetam.

Quatuor prophete in duo-
decim prophetarum volu-
mine sunt. e qui-
bus tres in principi-
o than [cenna] id est pon-
deris titulum habent. Zacharias
autem in medio & circa finem duos
huiusmodi ponit titulos. e quibus
unus est onus verbi domini in terra
adrach & damasci requiei eius. alter
in fine onus verbi domini in terra israel.
Sanctus ergo abacuc qui vel ex eo quod
amabilis domini est vocatur amplexati-
o. vel quod in certamen & luctam &

ut ita dicam amplexū cū deo congre
dit᷑ · amplexantis id est luctantis for
titus est nom̄ · Nullus enī tam au
daci uoce ausus est dm̄ ad discepta
tionem iustitie ꝓuocare ⁊ dicere ei ·
cur in rebus humanis ⁊ mundi istꝰ
pompa tantū rerum uersat᷑ iniqui
tas · Usquequo dn̄e clamabo ⁊ n̄ ex
audies · uociferabor ad te uim patiens
⁊ n̄ saluabis · Quare ostendisti m̄ ini
quitatem ⁊ laborem uidere · Lace
rata est lex ⁊ n̄ ꝑuenit usq; ad finē
iudiciū · quia impius preualet ad
uersus iustum · ideo egredit᷑ iudi
ciū ꝑuersum · Uides quam temera
ria uox sit · ⁊ quodammodo basphe
mantis creatorem suū ad iudiciū ꝓuo
care ⁊ uas fragile aduersus figulum
cur tale uel tale factum sit disputare.
Necū ⁊ hoc animaduertendū q̄d as
sumptio uel pondus que grauia esse
constat ꝓphe uisio est ⁊ aduersum uo
tum dogma ꝑuersum intelligit q̄d
uidet · nec ut amens loquit᷑ nec more
insanientiū feminaꝝ dat sine mente
sonū · Unde ⁊ apl̄s iubet ut si ꝓphetā
tib; aliis aliū fuit reuelatum taceant
qui prius loquebant᷑ · Et statim inq̄
n̄ est dissensionis deus s; pacis · Ex q̄
re intelligit᷑ cū quis uoluntate reti
cuerit ⁊ alteri locum dat ad loquen
dum possit ⁊ loqui ⁊ tacere cū uelit.

Qui autem in extasi id est inuitus
loquit᷑ nec tacere nec loqui in sua po
testate habet · Hec aūt sciendū ꝓphe
tiam esse contra babylonē chaldeoꝝ.
ut quomodo prior ꝓpha naum quem
abacuc sequit᷑ uaticiniū habuit con
tra niniuen ⁊ assyrios qui uastaue
runt decem trib; que uocabant᷑ isrl̄.
ita abacuc ꝓphetiam habeat aduersū
babylonē ⁊ nabuchodonosor · a quib;
iuda ⁊ ierl̄m templūq; subuersa sūt.
Iterum scd̄m litterā aduersus dm̄ ꝓpha
causat᷑ cur nabuchodonosor templum
uastet ⁊ iudā · cur ierl̄m quondā urbs
dm̄ destruat᷑ quare ꝑp̄ls clamet ⁊ n̄ au
diat᷑ · uociferet᷑ ad dm̄m oppressus a chal
deis ⁊ n̄ saluet᷑ · Quare etiā ipse ꝓpha
uel ꝑp̄ls ex cuiꝰ ꝑsona loquit᷑ adhuc
uixerit ⁊ huc usq; ꝑductus sit ut ini
quitatē hostiū ⁊ suū uideret laborē.
cur iniusticia preualeat aduersū se
⁊ hoc dicit ꝑ mentis angustia nesciēs
aurū in igne conflari ⁊ tres pueros
de camino ignis puriores exisse q̄ intr
uerunt · Sz ⁊ hoc generalit᷑ accipere
possumꝰ q̄d ex ꝑsona humane impaci
entie loquat᷑ ut in querula uocē et
plenā doloris erumpat dicens · quare
respicis contemptores ⁊ taces concul
cante impio iustiorem se · Hec aūt
loquit᷑ nesciens iudicia dei inuestiga
bilia ⁊ ꝓfundum diuitiaꝝ sapientie

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

et scientie dei. quod non ita uideat deus ut uidet
homo. Homo tantum respicit presentia.
deus cognoscit futura. Quomodo si egrotus
et estuans febribus aquam frigidam postu
let et dicat ad medicum nimis patior cru
cior exinanior usque quo medice clama
bo et non exaudies. et respondeat ei sa
pientissimus et clementissimus medicus
scio quo tempore debeam dare quod postu
las dari. Non misereor modo quia nimia
ista crudelitas est et uoluntas tua con
tra te petit. ita et dominus noster sciens clementie
sue pondera atque mensuras interdum
non exaudit clamantem. ut eum probet et
magis prouocet ad rogandum. et quasi igne
excoctum iustiorem et puriorem faciat.
Quod intelligens apostolus secundum id quod uiuam
// consecutus est a deo. ait si non deficimus. et benedicit de
um in omni tempore et scit quia qui perse
uerauerit usque in finem hic saluus
erit. et gloriatur in labore et dolore. et cum
ieremia dicit tribulationem et miseriam
inuocabo. ut quomodo alius inuocat
dominum sic sanctus uir et bellator inuictus.
ad exercendum se et probandum tribula
tionem et miseriam uenire desideret. Ex
plicit prologus. Incipit abacuc propheta.

[O]nus quod uidit aba
cuc propheta. Usque
quo domine clama
bo et non exaudies.
uociferabo ad te
uim paciens et non saluabis. Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem. uidere
predam et iniusticiam contra me. Quare
respicis contemptores. et taces con
culcante impio iustiorem se. Et facies
homines quasi pisces maris. et quasi rep
tilia non habentia ducem. Et factum est
iudicium et contradictio potentior. Prop
ter hoc lacerata est lex et non peruenit us
que ad finem iudicium. quia impius preua
let aduersus iustum. propterea egreditur iu
dicium peruersum. Aspicite in gentibus
et uidete et ammiramini et obstupes
cite. quia opus factum est in diebus
uestris. quod nemo credet cum enarrabitur.
Quia ecce ego suscitabo chaldeos gen
tem amaram et uelocem ambulantem
super latitudinem terre ut possideat tabernacula
non sua. Horribilis et terribilis est ex
semetipsa iudicium et onus eius egredie
tur. Leuiores pardis equi eius et uelo
ciores lupis uespertinis. et diffundentur e
quites eius. Equites namque eius de lon
ge uenient. uolabunt quasi aquila fes
tinans ad comedendum omnes ad predam
uenient. Facies eorum uentus urens. et
congregabit quasi harenam captiuitatem.
et ipse de regibus triumphabit. et ty
ranni ridiculi eius erunt. Ipse enim super
omnem munitionem ridebit. et compor
tabit aggerem et capiet eam. Tunc
mutabitur spiritus eius. et pertransibit et cor